



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm  
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Quirini Episcopi & martyris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](#)

rissima sibi capita è carcere abstrahere nō possent,  
obnoxie per omnes sanctitates rogarunt ut eorum salu-  
tem misererentur, qui nondū vndis salutaribus ex-  
piati de salute periclitabantur. At martyres eis Cor-  
nelium quendam sacerdotio initiatum indicarunt,  
ut illo in salutis negotio vtereretur, qui eos iam ame-  
& parentes sororemq; eorum aquis lustralibus in-  
ixerat. Illi igitur his martyrum monitis acquiescen-  
tes ad Cornelium abierunt qui viros circiter se-  
ginta & fide instruxit & vndis salutarib⁹ expiavit.

**Illæsi calcæ.** Martyres verò paulò post à Tiburtio ad idem  
ardentes pru- sacrificandū euocati cùm eadem constantia recu-  
mas.

ignitas prunas calcare iussi sunt. Sed mox pte-  
næ extinctæ sunt. Tum iudex allatam, Iouis statu-  
am adorare iussit. At illi flexis ante flammam gen-  
bus preces ad Dominum fuderunt: & ecce idolum  
mox instar ceræ liquefactum est. Tunc verò magni-

**Multi con-  
vertuntur ad  
Christum.**

**Plectuntur  
capite.**

in populo animorum motus facti sunt, & viri am-  
plius ducenti ad Christum conuersi. Gentiles au-  
tem facto in Sanctos impetu, eos atrociter ma-  
tos ac cæsos diutissimè, semiuiuos reliquerunt. Por-

rò Tiburtius prolatæ mortis sententia capitùs eos  
damnauit: quam læti extra vrbis portam exce-  
runt. Christiani autem cum Pergentina sorore-  
rum, noctu corpora martyrum ad mille ferè eum  
Arctium passus condiderunt.

**MARTYRIVM S. QVIRINI EPISCOPI**  
**Sciisciani. ex eo quod extat apud Surium optimas filii**

**Iunij 4.**

**D**iocletianus Imperator cùm diversis per-  
cutionum tempestatibus Christi Ecclesias  
ventilareret, tum per Illyricum præcipie in  
fideles sauebat, multosq; egregia pietate facili-  
tes & Christi ministros sacrilegis suis legibus vel

parere cōpellet vel atrocissimis supplicijs con-  
fectos vita spoliebat. Inter quos Quirinus Sciscia-  
nus Antistes à Maximo Präside cōpræhensus iussus Quirinus  
est idolis immolare, ni mallet inauditis tormentis cōpræhen-  
ditur.  
priùsex carnificatus vitam cñm morte permutare?  
aque post mortē ignominia notari quæ nulla vn-  
quam temporis longinquitate delenda esset. Cui  
Quirinus: Eam, quam tu mihi ignominiae notam  
proponis, summa apud nos gloria est: & mors, quā  
minaris, si tamē promereor, vitam dabit æternam.  
Præses cernens viri constantiam istiusmodi minis  
confrangendam, fustibus eum cedi iussit, cæsum, ni  
tispiceret, Amantio Pannoniæ Präsidì se trāsmis-  
furum minatus est: qui suppliciorū atrocitate fa-  
cile illum superaret, vel certè morte crudelissima  
deleret. Post hanc verò minas amplissima ei dona  
munera proposuit, & primam, inter honoratos  
Iouis sacerdotes, dignitatē obtulit. Quirinus verò  
Maximo respondens: An ignoras, inquit, summum  
quod nos sacerdotium esse, seipsum Deo vero &  
vno sacrificium offerre. Ideoque si tu me maiori-  
bus supplicijs afficere pergis, tum maiore sacerdo-  
tij honore decorabis.

Præses ea martyris constantia victus ac pudore Mittitur in  
iussus iussit eum catenis oneratum in carcerem <sup>cæcerem</sup>.  
abduci. Quem vir sanctus latus subiit, fusisq; pro-  
iudis ad Deum precibus media nocte immensus  
splendor apparuit, tantaque admiratione Marcel-  
lum carceris custodem perculit, ut aperto carcere Marcellus

EPISCOPI  
ū optima fide  
diuersis perfec-  
risti Ecclesie  
n præcipue in  
estate facili-  
is legibus, id  
punc

Marcellus  
cuios cat-  
teris credi  
sanctus in  
Pannonia

transmissus est, à quo cùm de fide & reli- Mittitur vix  
pone interrogaretur tale respōsum dedisse fertur: sanctus in  
Pannonia

Ddd 2 Apud

Apud Seisciam verum Deum cōfessus sum. Ipsum colui semper, ipsum corde teneo. Neque tibi persuadeas velim, vllis vel minis vel supplicijs ab eo me separandū. Ad quæ Amantius: Misericordia tua, tis tuæ, quæ tu mentis quodam furore contranaturæ leges crudeli supplicio obijcis. Sed respice, quæso, vitamque tuam deorum sacrificio redime, ut cana illa sc̄aialis ætatis prudentia cum gaudio & honore perfruaris. Cui rursus Quirinus: Ego à Deo meo didici, ut tempora lem huius vita terminū despiciam, si cupiā ad illam vitam, quæ nulla monis intercisione clauditur, peruenire. Tū Pr̄ses: quædoquidem nullis verbis animi tui duriet molliendam cerno, eris mortis tuæ exēplo omnibus Christianis terrori: prorsus ut deinceps vita illos tēdet. Hæc cūm dixisset post alia atq; alia illata supplicia, iussit virūm sanctū molari lapide collo eius appēso in vndas demergi. Cumq; de ponte in flum præcipitatus fuisset diutissimè supernatans, sp̄ctates fideles præclara oratione hortatus est, ne quæ ea supplicia ternerent: néve suo exemplo frati à confessione deficerent. Hæc aliaq; verbis sanc̄e luctentis identidem repertis tandem submersus spiritum Creatori tradidit. Cuius corpus non longè ab eodē, quo demersus fuerat, loco inuentū, honorificè à fidelibus in Scarabatensi basilica sepultum est.

Facta autem Barbarorum in partes Pannonicæ incursione, populus Christianus de Scarabensi urbe Romam fugiens sublatum sancti martyris corpus secum asportauit, & via Appia tertio ab urbe milario, in loco qui ad Catacubas dicitur, Sebastiæ martyris sepultura celebri, condidit, extructaque nomini eius Ecclesia gloriosum certamen dignis laudibus prosecutus est.

**Corpus eius  
Romā trās-  
fertur.**

Vitam S. Bonifacij Archiepiscopi Moguntini & Martyris Junij 5.  
inueniet lector 14 Maij, vbi per errorem colloquata est.

## VITA S. CLAVDII ARCHIEPISCOPI

Bisuntini. ex ea quæ est apud Surrum fide bona. Interfuit Synodo Episcopali, cui subscripsit. Migravit ex hac vita anno 4 Childeberti 3 Regis Francorum.

Eatus Claudius illustri Salinæ filius Palatiniorum Principum ortus familia, ad annum sextatis sua, usque septimum in domo parentum Familia summa cura ac studio nutritus est. Inde liberalium studiorum disciplinis admotus præclaro dociliique ingenio insignem eruditionem assecutus est, qua lucidos adolescentia annos tam egregie moderatus est, ut nihil in eo puerile, nihil à summa prudentia agravitate alienum cerneretur. Inerat ei sermone sapientiae mirè conditus, prorsus ut omnium in studio & affectus prouocaret.

Crescente verò prudenter & sanctitatis eius opinione cum iam vigesimum quartus attigisset annum, contépta militia seculari in Bisuntinæ ecclesiæ Canonorum collegium sese recepit: vbi in sanctis eius. operibus & sacra doctrina breui temporis spacio adeò clarus evasit, ut in tota Burgundionum ditio ne parem fibi non haberet, quemadmodum ex editis ab illo lucubrationibus, quæ hodiè etiam in Lurensi monasterio asseruantur, facilè perspici posset. Quotidiè, deemptis Dominicis & solennioribus diebus, ieiunabat. Crebrò noctes orádo, legendó, meditando per vigil exigebat. Castitatis verò propositi & mentis & corporis præcipuo quadam studio cōseruabat. Deniq; tanto virtutum splendore lucebat, ut cuncti eum propter sanctitatis studium tanq; ciuem quendam cælestem sine fine miraretur.

Ddd 3

Inte-